

## Fo. CCXII.

Incipit liber de spiritu et anima. qui secundum quosdam inscribitur Augustino. secundum vero alios non sibi inscribitur: et hoc secundum doctores.

Incipit prologus.

**Monia di**

crui est mihi: ut cognoscam meipsum: sustinere non possum: ut me habeas incognitum. Magna namque est negligentia nec scire quod illud sit quod celestia tam profunde cogitamus. quod naturalia tam subtili indagatione inuestigamus. et de ipso quoque creatore nostro tam sublimia scire desideramus. Non est res peregrina nec longe querenda a nobis: animus qui ista sapimus. Sed semper nobiscum adest. tractat. loquitur. et in se nescit. Datus est illi tam ingentium rerum secreta scire. et seipsum cognoscere non posse. Paucis siquidem licet ipso animo cernere. id est ut ipse animus se videat. Fieri autem non potest quaedam diuina prouidentia ut inueniendi facultas desit religiosi animis seipsum et deum suum pie ac caste ac diligenter querentibus. Idcirco reddam mihi imo deo meo: cui maxime me debeo: et videbo quod sit animus: et quod sit patria eius.

Quid est animus? Capitulum primum.

Animus est substantia quedam ratio nis particeps regendo corpori acco modata. Animus sapientia illustratus et suum principium respicit et seipsum cognoscit. et quasi sit ideorum ut extra se querat quod in se ipso possit inuenire: intelligit. Corporeis vero passionibus sopitus et per sensibiles formas extra seipsum adducit: oblitus est quod sit quod fuit. Et quod nihil aliud se fuisse meminit. nihil propter quod videt se esse credit. Solo sensu circa corpora et imaginatione circa corporum similitudines et locorum versatur. et in eis sine vigilando sine dormiendo distrabitur. Tunc vero ab hac distractione per puram intelligentiam ascendens in unum se colligit rationalis dicitur. Ratio siquidem est animi aspectus qui per seipsum vix intrinsecus. Ratiocinatio est rationis inquisitio. Quare illa opus est ad videndum. ista ad inquirendum.

Qualiter animus est inuisibilis.

Capitulum II.

Animus inuisibilis est. Neque enim aliter inuisibilia cernere valeret. Visibilia per corpus videt. inuisibilia per se. et in eo se videt quod inuisibilem se esse videt. Videt tamen in corpore per corpus: sicut sensus in se manet. et per seipsum videt. Animum corpus dicitur rector et habitator videt seipsum per seipsum. Non querit auxilium corporalium oculorum. imo vero ab omnibus corporeis sensibus tanquam impedimentis et prestrepentibus abstrahit se ad se ut videat se in se ut nouit se apud se. Et cum vult deus cognoscere eleuat se super se metis acie. Non enim aliquid tale est deus: qualis est animus. non tamen videri nisi animo potest. nec ita videri ut animus potest. Incommutabilis siquidem est veritas sine defectu subiecti. Non talis est animus. Sed deficit et proficit: nouit et ignorat: meminit et obliuiscit. Nemo vult et modo non vult. Diffusus cogitationibus atque consiliis huc atque illuc vagatur. Considerando spectat omnia. Videt absentia. transmarina visu ambigit et percurrit aspectu: abdita scrutatur. Et vno momento sensus suos per totos orbis fines et mundi secreta circumfert. Descendit ad inferna: ascendit inde. versatur in celo. adheret christo: coniungitur deo. Ipse siquidem est eius patria et habitatio: ad cuius similitudinem facit. Quisquis ergo se tale reddi desiderat quis a deo facit. id est silens deo redeat ad se. et stet in se. et sic intra seipsum et apud seipsum querat et videat vnum ostet hominem et ex quo sua parte facit sit ad imaginem dei.

De hominis compositione.

Capitulum III.

Ex duabus substantiis constat homo anima et carne. Anima cum ratione. carne cum sensibus suis. Quis tamen sensus non mouet caro absque anime societate. Anima vero rationale suum tenet sine carne.

De potentibus anime.

Capitulum IIII.

Si siquidem rationalis percipibilis et irascibilis. Per rationalitatem abilis est illuminari ad aliquid cognoscendum: infra se et supra se: in se et intra se. Cognoscit siquidem deum supra